

62

sed privato affectu moneo, eodemque te valere jubeo, vir
doctissime, et me amare. Hagae Com: Postrid: Nov: Febr.
1634.

Ex praeda Monacensi quid ad me
peruenerit tu nosti: umbra, hercule, ejus
quod speraveram: sed cum corpus illa
penes te exuerit, ita merames, Smithi,
nullus in uideo. quid reliquii quantumcunque est
fateo, me tibi unice devinctum, cui cum nucleo
cortex etiam non dubio jure vindicari poterat.

Putcano.

Nobilissime Domine

(189)

Vidisse se stateram tuam, aliquos effraeni loquacitate testari
juxit; me silenda illi viderint, quo se tibi aut Republicae
proberent: ego, si te amplecti detur (quod quousque non speramus)
falso intelligas, uti de inter Batavos, uno saltem non fallaci
amico, cui si Heiusium adscribas, feceris, quod utcumque
nobili contentione aueremus, uter te impensius amet.
uter illum summae eruditionis comitem, sine comite,
candorem, uter denique, quod vehementer uterque fecimus,
affectu, voce, utilo, ad ea quae post stateram acciderunt
factum factum indignis vehementius exclamarit. Sed
silere, ut decebam, juxit, et nunc maxime, postquam
concussa diu statera ad aequilibrium rediit, et quietem
suo pondere inuenerit. Superest ut qui te compellat
eò tantum statui, ut me in mortalibus esse scias, et
constantissimo illo, quia nec temere collocato affectu tum
usque faciam id more meo, et quid apud meo nugarum
inter seria nascatur, quae pridem fronte coepi, pergam
non tam ostendere, quam vel fateri. Sic est, Mi Putcano
non patitur quae me Republicae Aulae foro sors implicuit
opere ullo in longo somnum obrepere. prosperandum
ad calcem est, si quid inchoandi otium superat. quin a
principio desinendum. nec vola quietem aut pugna vacat
falistro feriendum est. ad superficiem ^{subinde} aut lineam frustra
me compono; puncto claudor. et ipsa quae in puncto
versatur contemplatio plerumque interrumpitur, ut
hoc jam dividere, non antemo, sed necessitatem Geometrae
discatis. Faciunt huc Epigrammata, et futiles verborum
gryphi, quibus, ut hic vides, pro re nata me oblecto.
Inspice, si quid tanti est, et hunc fer. saltem ferre me tot
ineptiarum fructum, ut ab indignante discam tibi
te

te

te interpellaverim, quid pargas, vix mirande, literarum
aut Reipublicae, quod soles, bono. quid a typographis
propediem exacturi ^{si} sumus, scripti nunc aut editi; quid
a te effecti partim, aut mox edendi. et me ama, decus
meum, et multum vales, quod malos mali habeat
pessimè Stateromachos. Hagae Com. . . Febr. CIDICXXXIIII

Talidnam hic itidem, et multorum
verbis rogo, quid prolo destinet, et te
meis ut salutem dicas, qualem ab
addictissimo amicorum expectet
veneramur hic magnum virum
quotquot interest, ut legibus literisque
bene sit, quas ad stuporem utriusque
demeretur. neque jam hostibus placere
solius Puteani crimen est.

Heinsio. Nobilissime Domine

(190)

Sequuntur te ineptia, in quas incidisses nupes, si fidem
liberasses, et domus meae, quod receperas, vile hospitium
non contempnisses, quod quousque incassum spero. que
usque te amico invides, qui te hostibus et amicis. In
ineptias has, disci, incidisses, sed si haec te vestigia terrent,
fortasse non incidisses. non est mei moris, hospitem cibis
vescare, quibus aegri vescatur, nunc poena loco veniunt,
qui te pedes claudo versiculi assultant, et molesti esse
mandato sunt ultoris Domini. Cave cave surdos Tigol
lias: injussi nunquam desistunt; irritati pejus aliquando
moliuntur. et omnino si nugantem ~~me~~ audire me
non vis, succedo tecto. & experieris, quid illos nosti, qui
sub turri ipsa positi, tintitum aramenti penè non
audiant. eminus obturbo, coram tacitus te excipiam,
silentic admirabor, semper ego auditor tantum et hoc
sancti polliceor. Vale vix summo, et ubi quid Barlaam
inter et me, et amplissimum Honerdum demique jocosorum
intercesserit, ad nauseam perspexeris, quaeso schedulas
remitte, vel praemitte magis, secuturus propediem, ut
quidem ex adventu Orestiana anguro, quem amide
expectamus. Hagae Com. IX. Cal. Mart. CIDICXXXIV.

Tuis.

Barleo.